

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis

**Melanchthon, Philipp
Aristoteles**

Argentinae, 1535

VD16 A 3417

Ius positivum quid sit

urn:nbn:de:bsz:31-106587

IN ETHICA ARIST.

Et publicæ leges de uita civili hinc sumantur, de his quoque si tamen rectæ rationi consentiant, sciendum est quod dei dona atque oracula sint, quia sumuntur ex sententijs diuinijs in natura scriptis.

IUS POSITIVVM

quid sit.

Ius positivum est, quod non præcipit natura fieri, sed ualet propter auctoritatem Magistratuum: ut, iuris positui est furem laqueo punire, non succedere in sedum puellam. Sicut autem supra dixi ius naturale esse principia practica, et conclusiones ex illis ducta per demonstrationem, ita hic obseruandum est, ius positivum esse determinationem talium conclusionum generalium, ad certam circumstantiam propter probabilem aliquam rationem: ut, iuris naturalis est furtum esse puniendum, hanc determinat Magistratus, quum sit generalis propositio, ad certam formam propter probabiles rationes. Sicut artifices in omnibus artibus quum circa singularem uersantur, determinant præcepta generalia ad certum modum propter uarietatem circumstantiarum ut medicus, quum ars præcipit frigida dari, alijs magnis frigida, alijs minus dat, quia multæ et diuersæ causæ concurrunt. Ita magistratus duriores leges imponit ferocibus ingenijs quàm mansuetis. Colligit igitur probabiles rationes, quare apud nos prosis

COMMENTARIA.

capitalem pœnam in fures constituere, ita oritur ius posituum ex naturali, quia generales propositiones iuris naturalis transfert ad certam speciem, & quia ius naturale demonstrationes habet immutabile est, quia alijs temporibus, alijs locis alie rationes occurrunt probabiles.

Postea uero ius posituum habet autoritatē, multo magis propter autoritatē Magistratus, quàm propter rationem, quia natura præcipit Magistratui parere. Itaq; quū leges magis ualeant propter autoritatem Magistratus, quàm propter rationem, non sunt calumniandæ leges, etiamsi ratio non statim cerni potest. Ac maxime Christianos decet honorifice de legibus sentire, etiamsi rationes earum non norūt, propterea quod scripta maximi faciunt autoritatem Magistratus, et ipsas leges uocat ordinationes diuinas. Quare tanquam dei oracula uenerari debemus. Et sicut uitia Magistratuum dissimulare necesse est, ita uitia legum boni consulenda sunt. Ideoq; & iureconsultus uetuit curiose disputari, aut queri legum rationes, quū inquit, Non omnium quæ a maioribus constituta sunt ratio reddi potest.

Obseruandum est autem omnia immutabilia, hoc est, quæ habent necessarias causas in natura, seu demonstrationes esse iuris naturalis. Voco autem ius naturale id quoq; quod iureconsulti uocant ius gentium

IN ET

tionem, qualia sunt
dandæ, cont
bus obtemperat
sunt, & similia
tore. L. Ex ho
cessarias caus

Sed muta
simpliciter
ad hoc, quod
les causas, qu
nes, quam ad
one naturæ
tur aliter nos

ruptione nat
Talia etiam
tium, ut sunt
Virus illiciti
toritate legum

Diligenter
dam esse inter

Quædam enim
simpliciter in
ues, quæ tam
tum mutata
Hæc & si sunt
quæ primo grad

IN ETHICA ARIST.

tiuum, qualia sunt hæc: pacta sunt seruāda, res sunt diuidendæ, contractus institucndi sunt, Magistratibus obtemperandum est, latrones bello depellendi sunt, & similia, quæ recensentur. π. de iusticia & iure. L. Ex hoc iure. Quia hæc omnia habent necessarias causas in natura.

Sed mutabilium gradus quidam sunt, alia sunt simpliciter ἀδ' ἰσότητος, alia non sunt simpliciter ἀδ' ἰσότητος, sed habent in natura quasdam probabiles causas, quæ magis ad unam partem ducant homines, quam ad alteram, etiam si sine insigni corruptione nature diuersam accidere potest. Ut dextra naturaliter magis utuntur homines, & tamē sine corruptione nature sinistra magis uti aliqui possunt. Talia etiam referuntur ad ius nature, siue ius gentium, ut sunt hæc. Non habere simul plures uxores. Vsuras illicitas esse. Hæc aliquando mutata sunt auctoritate legumlatorum.

Diligenter igitur obseruandum est, gradus quosdam esse inter ea quæ dicuntur esse iuris naturalis. Quædam enim habent necessarias causas, & sunt simpliciter immutabilia, quædam habent causas graues, quæ tamen quia interdum auctoritate legumlatorum mutata sunt, non habent necessarias causas. Hæc & si sunt nature consentanea, tamen differunt a primo gradu, & sunt aliquo modo uoluntati ma-

COMMENTARIA

gistratum subiecta: quia cum re ipsa sunt mutabilia, oportet ea determinari ad alteram partem à magistratu. Itaque legum latores usuras permiserunt, & modum in his constituerunt paululum à natura discedentes, sed id faciebant propter communem tranquillitatem hominum, cuius precipue debet habere rationem legis lator. Et illa moderatio usurarum non corrumpit naturam, sed aliqua ex parte prodest negociantibus.

Aristoteles facit mentionem Brasidae, cuius extat historia apud Thucydidem libro quinto. Quum Amphipolitani prius coluissent Agnonem Atheniensem tanquam diuum, abolita eius memoria, postea coluerunt lacedemonium Brasidam. Hoc institutum non habebat in natura causam. Ideo citat tanquam exemplum iuris positiui. Porro Brasidas uictis Atheniensibus occupauerat Amphipolim.

Quæ uero in his, quæ mutari possunt, naturalia sunt: quæ autem non naturalia, sed lege tantum ualeant, tunc intelligi potest, quum consideratur, utrum pariter utraq; sint mutabilia. Et transferatur exemplum ad alia quoque. Natura dextra omnes magis utimur, & tamen fieri potest ut ho-

mines

IN E

mines fiam
que lege tar
la constituit
nec natura
runtur, se
enim ubi
ni & frum
iores, ubi
Ad hunc
natura iu
non sunt
uitates sin
quæ est le
eadem ubi

Leges
lia ad sing
innumera
generis un
Item differ
& ius & iu
tur id quo
hibetur: si
dicitur, pri
nondum d

IN ETHICA ARIST.

mines fiant ambidextri. Verum illa
 quę lege tantum ualent utilitatis cau-
 sa constituta longe aliter se habent:
 nec natura ad unam partem magis fe-
 runtur, sed similia sunt mensuris: nō
 enim ubiq; æquales sunt mensurę ui-
 ni & frumenti, sed ubi euehunt, ma-
 iores, ubi autem uendunt, minores.
 Ad hunc modum hæc quę non sunt
 natura iusta, sed uoluntate hominū
 non sunt similia ubiq;: neq; enim ci-
 uitates similes sunt. Sed illa forma
 quę est secundum naturam, una atq;
 eadem ubiq; est, eaq; est optima,

Leges autē habent se ut uniuersa-
 lia ad singularia. Nam actiones sunt
 innumerabiles, lex autē sui cuiusq;
 generis una est: est enim uniuersalis,
 Item differunt iniuria & iniustum,
 & ius & iusticia. Iniustum enim dici-
 tur id quod uel natura uel lege pro-
 hibetur: sed quum factū est, iniuria
 dicitur, priusquam autem factum est
 nondum dicitur iniuria, sed iniustū.

*Iniustum
 quid.*

COMMENTARIA

Quando enim factum est, iniuria est. Sic & ius, genus est autem iuste agere. Verū ius dicitur iniurię emendatio. Cæterum, quę sint species singulorū, & circa quæ uersentur, deinceps considerandum est.

Admonet gradum quędam esse naturalium, quę sunt mutabilia. Hęc autem sunt, ut supra dixi, quę habent probabiles rationes in natura non necessariis, & tamen magis ad unam partem feruntur, quā ad alteram, & si sine naturę corruptione mutari possunt. Aristoteles proposuit exemplum, in quo satis clare conspici potest discrimen naturalium, quę sunt immutabilia, & quę sunt mutabilia. Et iubet illud exemplum ad similia transferre.

Quod in fine dicit illam formam ciuitatis optimā esse, quę sit eadem ubiq; hoc uult, illa precipua esse, & maxime necessaria in ciuitatibus, quę sunt iuris naturę, & eam partem esse pulcherrimam partem ciuiliū rerum. Itaq; si qua est ciuitas, quę aliqua in re discedit à iure naturę, non est uocanda ciuitas, sed confusio & barbaries, ut apud Sibaritas prostituebantur nouę nuptę, & alia multa in alijs ciuitatibus contra naturam recepta sunt. In illis ciuitatibus defuit illa optima forma seu pars ciuiliū rerum.

Quod

IN F
Quod autem
posse de singulis
lege poni, ad quod
& iure consuetudinis
In fine est
interpretatio.
gnita per eam
ea nulla habet

D

Postquam
quid in
ste atq;
quis uo
quis no
iniuste,
la, quib
accidit,
iniuria a
ratur uo
sponte i
quod fa
iniuria e
stum est.

IN ETHICA ARIST.

Quod ait leges esse uniuersales, docet leges non posse de singulis casibus ferri, sed genus aliquod in lege poni, ad quod facta similia referenda sint. Sicut & Iureconsulti scribunt.

In fine est quedam Grammatica uocabulorū interpretatio, quæ tamen iudicari non potest, nisi cognita græca phrasi. Ceterum præcepta philosophi ea nulla habet.

DE VOLUNTARIIS ET
inuoluntarijs delictis.

Postquam exposui quid sit iustū, quid iniustum, addendum est tūc iuste atq; iniuste agi, quando agit alio quis uolens. Quando autem agit alio quis non uolens, neq; iuste agit, neq; iniuste, nisi per accidens: quia agit illa, quibus alioqui sine suo consilio accidit, iustum aut iniustum dici. In iniuria autem & iuste factis consideratur uoluntas, utrum sponte aut nō sponte fiant. Vituperatur enim id quod facit aliquis uolens, idq; tunc iniuria est. Quare & si aliquid iniustum est, nondum tamen iniuria est,